



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

37. An Cardinales in suis titulis gaudeant priuilegio Episcoporum ex  
Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. de Reformat. Ex part. 5. tract. 2. res.  
59.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

thorum iudicio firmata sit, tamen hoc e per Trident. & Bullam. S.D.N. Urbani VIII. iustitiam non potest, & ita hinc opinionem tenet Salonijs in 2. 2. tom. 1. quest. 63. art. 2. conl. 2. ver. ex his. Sotus de iust. lib. 10. quest. 3. art. 5. Caieranus in 2. 2. quest. 85. art. 5. Valent. tom. 3. disputat. 10. quest. 3. par. 5. Gonzalez in reg. 8. Cancell. glof. 24. nu. 158. Azorius tom. 2. lib. 7. cap. 4. quest. 7. Eman. Sa. ver. residentia num. 1. & fuse probat hanc sententiam amicissimus Sanctarellus var. resol. tom. 1. q. 2. per totam, qui nam. 5. optime excludit a residentia Cardinales illos sex, qui habent Episcopatus Vrbi proximos.

RESOL. XXXVI.

An privilegia Episcopis concessa extendantur ad Cardinales? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 48.

§. 1. **F**ere semper extendenda sunt & sic supra dictum est Cardinales gaudere privilegii Episcoporum, in cap. quia periculosum, de sentent. excommunicatio in 6. & in capite fin. de penit. & remiss. & ideo possunt eligere sibi confessorium, neque includuntur in generali interdicto, vel suspensione, & sic non delinam hic apponere verba Pauli Laiman in Theolog. moralis, lib. 1. tract. 5. par. 3. cap. 2. num. 1. ubi sic ait. Attenta praxi Ecclesie, privilegia Episcopis propter status dignitatem concessa, ad Cardinales semper extendi solent, propter maiorem eorum dignitatem. Ita ille, & ego: & ideo Manfredus de Cardinal. decis. 124. docet Cardinales habere illa sex privilegia Episcoporum, de quibus per glossam in c. final. de privileg. in 6.

RESOL. XXXVII.

An Cardinales in suis titulis gaudeant privilegio Episcoporum ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. de Reformatione? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 59.

§. 1. **N**egatiue videtur respondendum, quia illa dispensationes, quas ibi Concilium concedit Episcopis, conceduntur illis contemplatione plenae ac propriae Diocesis, per ea, quae adducit de Episcopo titulari, Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 3. & alij. & in Concilio traditur Episcopis hac facultas respectu subditorum in propria Diocesi tantum, ut ex contextu apparet.

2. Verum liceat mihi in gratiam Dominorum Cardinalium pro affirmatiua sententia hic tantum, vt alij iudicent, rationem aliquam proponere, & hac erit quia Praelati Episcopo inferiores habentes quasi Diocesani etiam intra fines Diocesis Episcopii, atque adeo iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt dispensare, & absolueri suos subditos in casibus a dicto Concilio sess. 24. cap. 6. Episcopis concessis sub contemplatione Diocesis, & ita docet Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 19. & de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 2. num. 11. Henriquez lib. 14. cap. 18. num. 2. & l. c. 16. n. 12. Rodriguez in 99. regul. tom. 1. q. 61. art. 9. & alij. Si hac ergo potestas conceditur supradictis Praelatis, Episcopo inferioribus, quia habent quasi iurisdictionem Episcopalem, quare est deneganda Cardinalibus, qui eandem potestatem habere supra satis probatum est. Vnde in suis Ecclesiis excommunicant, dant licentiam assistendi matrimonio, benedictionem solemnem exercent, & similia; & ideo hanc sententiam ex supradicta ratione in fauorem Cardinalium defendi posse, tradit

Tom. I. X.

Moneta de commut. ult. volunt. cap. 5. quest. 13. concl. 1. n. 453. licet ipse ibi contrariam teneat.

RESOL. XXXVIII.

An Cardinales in suis titulis possint dispensare in voto? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 58.

§. 1. **S**eclusa consuetudine non posse Cardinales in suis titulis dispensare in voto, docet Suarez de Rel. g. tom. 2. lib. 6. c. 10. n. 10. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 38. n. 2. quia non habent in dictis titulis ius Episcopale.

2. Verum mihi placet contraria sententia, quam tuetur Moneta de commut. ult. volunt. cap. 5. quest. 13. concl. 1. n. 452. quia, vt dictum est, Cardinales in suis titulis habent & exercent iura Episcopalia, ex c. his qua, de maior. & obed. & nos supra in multis resolutionibus vsque ad satietatem probauimus, & docet ipsemet Suarez de legibus lib. 4. cap. 5. n. 4. & Sanchez. de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 28. num. 7. vnde ex ipsis nitur fundamentum, ex quo moti sunt ad tenendum Cardinales non habere hanc auctoritatem in suis Ecclesiis titularibus. Quod autem dispensatio in voto sit actus iurisdictionis spiritualis, nec ex se Pontifici referuata, constat ex eodem Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 38. n. 6. & Suarez vbi supra de Relig. cap. 101. num. 1. quibus adde Lessium lib. 2. cap. 40. dub. 12. & alios, ergo, &c.

Sup. in Res. quae nunc hanc sequuntur, & in multis alijs

RESOL. XXXIX.

An Cardinales possint in suis titulis excommunicare, suspendere, interdicare, & vii Pontificiis insignibus?

Et an Vicarij Cardinalium possint etiam fulminare censuras, & reliqua facere quae sunt iurisdictionis Episcopalis? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 12.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue, nam, vt patet ex c. his qua, de maior. & obed. vbi Felinus, Abbas, & Butrius, Cardinales, inquit, habere iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt Titulares, & ita etiam docet Panuinus de potest. Cap. Sedē vac. praesud. 6. num. 9. Imola ad Clem. ne Romani, n. 23. de elect. Monachus in c. v. de maior. & obed. in 6. & ibi Probus num. 6. Romanus conf. 498. Albanus tract. de Cardinal. q. 46. Merolla tom. 1. disput. 1. c. 3. difficult. §. num. 125. Sebast. Caesar. relect. de Eccl. Hierarch. p. 1. disput. 2. §. 5. num. 2. Rubens in Aphorism. Episc. ver. Cardin. num. 2. Laudenis de Cardinal. quest. 60. Flaminus de resignat. benef. lib. 7. quest. 12. n. 106. Iacobatus de Concil. lib. 1. art. 2. Leo in foro Eccl. part. 2. c. 1. n. 7. Azorius tom. 2. lib. 4. cap. 1. quest. 8. Vnde ex his sequitur vt notat Germonius in tract. de Indul. Cardinal. §. tam ratione, num. 18. ex Dominico & Barbosa, vbi infra ex Abbate, Cardinales posse irrogare penas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & ex hac ratione, vt notat Laudenis de Card. q. 19. & 21. Megalius in Promptuar. ver. Cardin. n. 7. Loricinus in Thesaur. ver. Cardin. §. 7. c. 3. q. 2. Moneta de conferru. c. 5. num. 34. & Barbosa in collect. in Cod. tom. 1. lib. 1. tit. 33. cap. 11. n. 3. possunt pontificiis insignibus vti, & benedicendi solemnem ritum more Episcoporum exercere, etiam si Episcopi non sint. Et nota etiam ex supradictis, vicarios Cardinalium posse etiam fulminare censuras, & reliqua facere, quae sunt iurisdictionis Episcopalis Ita Romanus conf. 498. n. 11. & Sbrozzius de Vicar. lib. 1. q. 3. num. 23.

Kk 3 RESOL.